

CLARISSIMO VIRO D. IACOBO  
Milichio, Medicinæ doctori, suo patrono.



Ratiam & pacem in Christo. Vides uir clarissime, ut consilijs tuis in rebus Arithmeticis ubiq; auscultem. Diu uero iam est, quando mihi eruditionem Campani eximiam commendasti. Hac ego commendatione accensus, cœpi intelligere, ex ipso, decimum Euclidis, numerorū beneficio. Et cum poitea meditarer librum de numeris irrationalibus, secutus consilium tuum, addidi eum illi libri meo. Deinde tuo quo q; cōsilio usus, Algebraam (quam persuasisti bonis rationibus, à Gebro Astro nomo, autore eius, ita esse nuncupatam) multis exemplis illus trata m scripsi: quanquam paucissima sint mea, maxima uero pars eorum sit Christophori Rudolphi (quem te amare meū noui, etiam iam in Christo quiescentē, ob egregiam fidelemq; Algebræ publicationem). cæterorum quædam sunt Adami Risen, qui & ipse mihi uidetur sua candide tradere, ut hominem hunc facie mihi ignotum (æque ut Christophorus facie mihi ignotus mansit) admodum amem, & libellum eius reuerenter penes me habeam. Quemadmodum igitur Campanus mihi ad manus dedit librum Arithmeticæ meæ secundum, ita Christophorum mihi tradidisse hunc librum tertium reproto: nam exemplis eius uti uolui hic, sicut illic ppositionibus Campani. Vtruncq; uero feci consilijs tuis acquiescens. Quare tibi gratum, librum hunc, futurū esse, meq; eo nomine tibi recommendandum fore, fortiter confido.  
Vale. Ex pago Holtzendorf. Anno domini  
M. D. X L I I I , secunda dic Januarij.

Michael Stifelius<sup>9</sup>